



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hortulus Biblico-Moralis Et Asceticus

Pappus von Tratzberg, Franz

Ulm, 1725

Conceptus prædicabiles pro mensuris Exhortationibus ad Religiosos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61252)

Index Conceptuum prædicabilium ad Laicos.

DOM. XVIII. POST PENTECOST.

Dei Præsentia à peccatis patrandis arcet, & ad sectandas impellit virtutes.

Thema ex Evang. Matth. 9. Videntes autem turba timuerunt.

Materia reperitur sup. in ind. v. Præsentia Dei.

DOM. XIX. POST PENTECOST.

Per obedientiam, virtutem Deo gratissimam, pervenitur ad Nuptias cœlestes, per inobedientiam ad Tartara.

Thema ex Evang. Matth. 22. Et nolebant venire.

Mater. vide sup. in ind. v. Obedientia.

DOM. XX. POST PENTECOST.

Morbus pessimus est luxuria, afferens corpori & animæ mortem.

Thema ex Evang. Joan. 4. Reliquit eum sebris.

Mater. reperitur sup. in ind. v. Luxuria.

DOM. XXI. POST PENTECOST.

Purgantes in flammis animæ quantas sustineant pœnas, & quomodo eis succurrendum.

Thema ex Evang. Marci 18. Non exhibis hinc, donec solvas novissimum quadrantem.

Mater. vide sup. in ind. v. Purgatorium.

DOM. XXII. POST PENTECOST.

Hypocrita est, quisquis externæ tantum est addictus pietati, Deo odibilis; utpote tentator Dei.

Thema ex Evang. Matth. 9. Quid me tentatis Hypocrita?

Mater. vide sup. in ind. v. Hypocrita.

DOM. XXIII. POST PENTECOST.

Spes confisa Deo, nunquam confusa recedit.

Thema ex Evang. Joan. 9. Confide filia, fides tua te salvam fecit.

Mater. reperies sup. in ind. v. Fiducia.

DOM. XXIV. POST PENTECOST.

Terror impiorum in extremo Judicio erit extremus, tum ab aspectu tremendi Judicis, tum à verbis ejus proveniens.

Thema ex Evang. Matth. 24. Et erit tunc tribulatio magna.

Materiam vide sup. in ind. v. Judicium extremum.

Conceptus prædicabiles pro mensuris

Exhortationibus ad Religiosos.

1. Beata Religiosorum vita, quoad meritum æqualis Martyrio, in vincendis Tentationibus facillima.

Thema

Index Conceptuam predicabilium ad Religiosos.

Thema ex Psal. 83. *Beati, qui habitant in Domo tua Domine.*
Materiam subministrat v. *Religiosus Status.* & v. *Solitudo* & ex opposito
v. *Mundus.*

2. Nihil Deo acceptius obedientiâ, Victrice Dæmonum & scala Cœ-
li, sed oportet illam esse cæcam & non tantum ad levia, sed
etiam ad difficilia promptam.

Thema ex Proverb. c. 1. *Qui me audierit, absque terrore erit, & abun-*
dantiâ perfruetur.

Materiam vide v. *Obedientia.*

3. Castitas hominem illustrat supernis luminibus, reddens illum non
tantum æqualem Angelis sed Diis: eò admirabilior ejus
Custodia, quò gravior pugna.

Thema ex Eccles. 26. *Omnis ponderatio non est digna continanti anima.*
Materiam reperies v. *Castitas* & ex opposito v. *Luxuria* mediam ad ser-
vandam & custodiendam Castitatem vide v. *Mortificatio.* v.
Oculus.

4. Paupertas voluntaria pacis internæ & aliarum Virtutum mater,
reddit hominem de Cælo obtinendo securum.

Thema ex Evangel. *Omnis qui reliquerit Domum &c. Matth. 19.*

Materiam subministrat v. *Paupertas.*

5. Viam Perfectionis terere debet Religiosus, nunquam quiescendò,
hæc etsi dura videatur ab initio, successu tamen temporis
redditur facilis adjuvante divinâ præsentia, frequenter co-
gitatâ

Thema ex lib. Genes. c. 17. *Ambula coram me, & esto perfectus.*

Materiam dabit v. *Perfectio Christiana* & v. *Præsentia Dei.*

6. Mortificatio Religioso armatura est contra Dæmonem, nunquam
autem magis necessaria, quàm ubi datur occasio liberiùs
vivendi.

Thema ex Proverb. 16. *Melior est patiens viro forti, & qui domina-*
tur animo suo expugnatore Urbium.

Materiam vide v. *Mortificatio.* v. *oculus.* & v. *lingua.*

7. Religiosi, super alios Christianos in felicitate statûs elati, vel ma-
ximè studeant Humilitati, quæ summi apud Deum est me-
riti, serviens ad placandos inimicos & vincendos Dæmones.

Thema ex Eccles. c. 3. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.*

Materiam dabit v. *Humilitas,* & ex opposito v. *Superbia.*

8. Pax

Index Conceptuum predicabilium ad Religiosos.

8. Pax & Concordia Religiosis ante omnes Virtutes necessaria, Deo gratissima & ipsorum privato & communi bono utilissima.
Thema ex Epist. S. Pauli Hebr. 12. *Pacem sequemini.*
Materiam vide v. *Concordia*, & v. *amor proximi*, etiam *inimici*.
9. Nihil apud Religiosos magis aversatur Dæmon silentiō; hinc eisdem sint additissimi tanquam virtutum Custodi.
Thema ex Proverb. 21. c. *Qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam.*
Materiam reperies v. *Silentium*, & v. *Lingua*.
10. Ariditatem mentis etiam piissimis immittit Deus; ut probet humilitatis spiritum in eis, & augeat merita, quare tempore ariditatis non desistant à spiritualibus exercitiis, & inordinatè inhient consolationibus.
Thema ex Psal. 21. *Aruit tanquam testa virtus mea.*
Materiam subministr. v. *Ariditas mentis*, v. *Consolatio*.
11. Amor proprius, instar Idoli volens in corde adorari, virtutes in vitia convertit.
Thema ex Evang. Joan. 10. *qui amat animam suam, perdet eam.*
Mater. Vide v. *Amor proprius*, & ex opposito v. *amor nostri erga Deum*.
12. Vana gloria omnis meriti rapina.
Thema ex Epist. ad Galat. 5. *non efficiamur vana gloria cupidi.*
Materiam habes in verbo *Gloria vana*.

Qui plures Conceptus & Materias pro asceticis exhortationibus ad Religiosos desiderat, consulat primum Indicem,

